

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Discrecio q
cum uariis

Ad rem gerendam qui accedit, caueat ne id solum modo consideret quod illa res honesta sit, sed eciam ut habeat efficiendi facultatem. In quo ipso considerandum est ne aut temere despicias propter ignauiam, aut nimis confidas propter cupiditatem. In omnibus autem negociis prius quam aggrediare adhibenda est discrecio. Considera ergo ne nimis cupias. Nam in prouerbio dicitur: Qui nimis cupit, parum stringit. Et parciendum est onus sub quo in uia deficias iuxta illud: Qui plus posse putat sua quam natura ministrat, posse suum superans se minus esse potest.

Tullius libro de officiis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

qui] que P V¹ V² L¹ L²; nam in prouerbio dicitur qui nimis cupit *om.* (*cor. in marg.*) B;
onus] opus P V¹ V² L¹ L²; uia] non *add.* V² L¹ L²; putat] cupit (*cor. intra*) C; libro *om.* M P
V¹; Tullius libro de officiis] Anonymus V² L¹ L²